



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Utrùm simonia, quæ committitur in venditione beneficiorum Ecclesiasticorum sit contra jus divinum, an verò solùm contra jus positivum seu Ecclesiasticum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. I.

Utrum simonia, qua committitur in venditione beneficiorum Ecclesiasticorum sit contra jus divinum, an verò solum contra jus positivum seu Ecclesiasticum?

DUO in beneficijs distingui debent, jus exercendi spiritualia ministeria, quod propriè officium vocatur; & jus percipiendi fructus, seu emolumenta temporalia, quod communiter præbenda dicitur, ita ut beneficij nomine sæpius utrumque hoc jus contineatur. Jus exercendi spiritualia ministeria emere vel vendere pro pretio temporali, juris divini simoniam esse, nemo dubitat; jus tamen percipiendi redditus, seu emolumenta temporalia beneficij, officio annexum, dicto modo emere aut vendere, putant aliqui, juris tantùm Ecclesiastici positivi simoniam esse. Probabilius tamen videntur sentire cum S. Thoma communiter Theologi, emere vel vendere hoc jus etiam percipiendi temporales redditus beneficij, quatenus annexum est, juri spirituali, ministeria spiritualia exercendi, Simoniam juris divini esse, ita ut nec in tali emptione, aut venditione dispensare possit Summus Pontifex, nec ipse talem venditionem facere possit, prout non tantum plura SS. Canonicum jura probant, sed ratio etiam communiter recepta, quòd jus scilicet percipiendi taliter redditus, sit quidem secundum se temporale quid & pretio æstimabile, quia tamen fundatur in officio spirituali, & huic ita annexum est, ut nulli alij nisi Clerico ad spirituale ministerium destinato competere possit, tanquam debi-

tum sustentationis stipendium, contra-
quenter qui vendit illud jus temporale
vendit etiam hoc jus spirituale, sine quo
alterum non obtinetur, & quòd contra-
quenter priori annexum est, ita ut in
casu illa Juris regula locum habeat
Can. si quis 7. caus. 1. q. 3. de simonia
Quisquis horum alterum vendit,
sine quo alterum non provenit, ut
trunc in venditum derelinquit. Quod
tamen ita intelligi debet, nisi jura
horum per legitimam actionem
fuerit facta separatio; si enim Summus
Pontifex, qui solus, tanquam legitimus
beneficiorum Ecclesiasticorum adminis-
trator separate hæc jura à se invicem
potest, redditus sive jura ad hoc rediens,
non jam ut fructus debitos pro susten-
tatione officij Ecclesiastici occupat
sed propter aliam civilem & politicam
causam, alicui concedat, quòd licet
potest absque simoniarum periculo, certum
jura hæc separasse, & consequenter pec-
num, quòd temporale est, vendi potest
in tali casu, vel emi, abique eo, ut ali-
rum, quòd spirituale est, vendi non
censeatur.

§. II.

*Quibus modis committitur simonia in collatione beneficiorum dicitur de
Prelaturis, & alia beneficia
Ecclesiastica.*

Primò certum est, quòd committitur
simonia, si pro beneficij eccle-
stici collatione, inductione, sive in-
ductione in possessionem collati beneficij
pro institutione in beneficio, expensæ
aut detur pecunia, vel aliud quid tem-
porale, cum actus hi sint actus ministerij
spiritualis ecclesiastici, & dando pec-
niam